tacere cretuerat. Supplicatumq nobis esset, ut in eam rem consensum nostrum dare dignaremur faciend nobis esse existimavimus ut huic supplicationi benigne et libenter annueremus. Consentimus itaq et propositum hoc laudamus ut quisquis ille sit cuius opera studio et auxilio Conventus Monasteriumq praedictum reformetur id libere faciat, sive id faciet sive latentis [illegible] illi facere placuerit. Quare Famatis Proconsuli consulibus totiq communitati Civitatis praedictae Calisien. mandamus ut piam eiusmodi propositum restaurationemq monasterij praefati non tantum non impediant sed etiam pro posse suo adiuvent. Progia nra subscriptionis [illegible] debit.

Confirmatio donationis

Sigismundus etc. Stanus etc.

Quod cum intellexissemus Famatum Lucam Lelos eiusq uxorem Hedvigim Cives Warsovien. in praesentia certorum hominum non suspectorum donatione causa mortis omnia bona sua mobilia et immobilia in usum Monasterij ordinis Minorum de observantia Conventus extra muros Warsov. siti concessisse atq donasse peterentq a nobis fratres eiusdem Monasterij ut eam huic donationi authem quoq nram Regiam adiungeremus Nos quibus apprime iucundum est cum Monasteria in laudem Dei omnipotentis crescant huic supplicationi benigne annuentes Itaq donem praedictam tanquam eam quae testibus praesentibus [illegible] facta et morte unius coniugum confirmata est approbamus confirmamus et ratificamus omnesq eius defectus si qui forte ob non servatas solennitates iuris in ea reperiantur ex clementia et benignitate nostra supplemus eandemq donem firmam perpetuamq esse declaramus, bonaq praedicti Lucae quidem Lelos defuncti propria ram extrare uxoris vero ipsius post decessum eiusdem iux contenta donationis praefatae usui eiusdem Monasterij perpetuo ascribimus damusq facultatem Superioribus eiusdem ordinis ea bona tanquam sua propria repellen., dan., donan., venden., resignan., et in usus suos vel Monasterij quovis convertend. In cuius rei fidem etc.

Mandatum ad consules Casim.

Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli et Conss. Civitatis nostrae Casimirien. Fid. nobis dilectis gram nram Regiam Famati Fid. nobis dilecti